





S. THOMÆ AQUINATIS

—
QUÆSTIONES

DISPUTATÆ



3

B765

T5

Q3

v. 3





1080014395

EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis

U
203.
F

SANCTI THOMÆ AQUINATIS
DOCTORIS ANGELICI
QUÆSTIONES DISPUTATÆ
ACCEDIT LIBER
DE ENTE ET ESSENTIA

SANCTI THOMÆ AQUINATIS

DOCTORIS ANGELICI

QUÆSTIONES DISPUTATÆ

ACCEDIT LIBER

DE ENTE ET ESSENTIA

Cum commentariis R.D.P. THOMÆ DE VIO CAJETANI Cardinalis

EDITIO NOVISSIMA

Ad fidem optimarum editionum diligenter recognita et exacta
commendataque a S. S. Leone PP. XIII.

TOMUS TERTIUS

DE VERITATE I-XX



UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN
Capilla Valeriana
Biblioteca Universitaria

IN LIBRARIIS CONSOCIATIONIS SANCTI PAULI

PARISIIS, 6, VIA DICTA CASSETTE et VIA DICTA DE LILLE, 51

BARRI-DUCIS

FRIBURG HELV.

BURDIGALE

VIA DICTA DE LA BANQUE, 36

VIA DICTA GRAND'RUE, 13

TRAJECTI AD MOSAM

1883



44736
REV. V. Y. TELLEZ

B765
75
Q3
v.3



Capit. Libreria
Biblioteca de Invest. Hist.



FONDO EDITORIO
MALVERDE Y TELLEZ

SANCTI
THOMÆ AQUINATIS
QUÆSTIONES DISPUTATÆ

DE VERITATE

QUÆSTIO PRIMA

DE VERITATE

(In duodecim articulos divisa.)

Primo enim quæritur, quid sit veritas; 2^o utrum veritas principalius invenitur in intellectu quam in rebus; 3^o utrum veritas sit tantum in intellectu componente et dividente; 4^o utrum sit una tantum veritas qua omnia sint vera; 5^o utrum aliqua alia veritas præter primam sit æterna; 6^o utrum veritas creata sit immutabilis; 7^o utrum veritas in divinis dicatur essentialiter, vel personaliter; 8^o utrum omnis veritas sit a veritate prima; 9^o utrum veritas sit in sensu; 10^o utrum aliqua res sit falsa; 11^o utrum falsitas sit in sensu; 12^o utrum falsitas sit in intellectu.

ARTICULUS PRIMUS.— *Quid sit veritas.* (I part., quæst. xvi, art. 3.)

Movetur quæstio de veritate (1), et primo quæritur, quid sit veritas. Videtur autem quod verum sit omnino idem quod ens. Augustinus enim in lib. Solil. (cap. v) dicit, quod *verum est id quod est*. Sed id quod est, nihil est nisi ens. Ergo verum idem significat omnino quod ens.

2. Sed dicebatur quod verum et ens sunt idem secundum supposita, sed differunt secundum rationem. — Contra: ratio cuiuslibet rei est id quod significatur per suam definitionem. Sed id quod est, assignatur ab Augustino (loc. cit.), ut definitio veri, quibusdam aliis definitionibus reprobatis. Cum ergo secundum id quod est, conveniant verum et ens; videtur quod sint idem ratione.

(1) *AL* quæstio est de veritate.

000000